



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De veneratione || sanctor[um] libri duo Judoci
Clich-||touei. Neoportue[n]sis. excelle[n]tissi-||mi
Parisiensis academiae Theologi**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1525

VD16 C 4211

Sacras etia[m] sanctor[um] reliq[ui]as, pia deuotione honora[n]das e[ss]e,
& imagines eor[um], in templis itide[m] rite uenerandas XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36172

De ueneratione Sanctorum.

planū est tēporū cōstructione, cōsecratione altariū, & oblati
one munēz sanctis exhibita, deū quoq; honorari, coli, & præ
dicari, & hæc omnia, deo ut ultimo fini, demū impendi.

¶ Sacras etiam sanctorū reliquias pia deuotione
honorādas esse, & imagines eorū dē in tēplis itē
dem tite uenerandas. Cap. XVIII.

Nec ipsis solū sanctis, quantū ad animas eorū & spūs
apud deū beatos, exhibenda est honorabilis uene
ratio, sed & sacris ipsoꝝ exuuijs, ac corporibus a
pud nos relictis, q̄ habitudine quadam illis fuerint
aliqñ cōiuncta, utpote tanq̄ partes suis totis, Quā etiā habitu
dinē seruant & ipsoꝝ corpoꝝ sanctorū particulæ, ut ossa sa
cra, aut pulueres ac cineres, in quos ipsa corpora sunt resolu
ta. Hæc etiā oīa, generali sanctarū reliquiarum nōne cōprehē
sa, ueneranda nobis sunt, sicut & ipsoꝝ corpora, q̄ habitacu
la quondā fuerint, sedes & tabernacula animarū sanctarū, or
ganarūq; & instrumenta bonorū operū q̄ in hac uita exercue
runt, & ob quæ, in sanctorū numerū sunt a deo assumpti. Si e
nim purpura regis, sceptrū aut diadema, extrariū uestimētum
& ornamentū, habent in honore, q̄ regi circūponātur atque
admoueant, representātq; indicio quodā regiā maiestātē, cur
nō multo magis honorabunt sanctorū reliquias & corpora,
quondā animarū sanctarū animata indumenta, futuraq; rur
sum earū operimenta, cū scilicet in cōsummatione seculi indu
ent immortalitatis stola, cū exultabunt sancti in gloria, & læ
tabunt in cubilibus suis, sanctis scilicet corporibus, in q̄bus p̄
petuo quiescēt, habitabūt & glorificabunt. Legimus sane in
sacris literis, cadauer hoīs mortui proiectū in sepulchrū He
lisei prophætæ, tactu facti corporis eius reuixisse, q̄ intelli
gamus, deū ob præclarā p̄teritæ uitæ sanctimoniā, ad sancto
rū iā defunctoꝝ corpa, etiā mira operari signa, & inde dica
mus ratiocinationē, ipsa nō esse cōtemptui habēda nec flocci
pendenda, sed honorabiliter uenerāda. Legimus itē sacræ uir
ginis Lucie matrē, cōtactu sepulchri S. Agathe, a profluo
sanguinis eē liberatā. Rursum btūs p̄ August. in uicesimise
cūdi libri de ciuitate dei, cap. 8, permulta refert miracula, suo
tēporē

Psal. 149

4. Reg. 13
Heliseus.

Lucia.

Agatha.

Augustinus.

LIBER PRIMVS.

Stephanus tpe ad memoriã reliquiaſq; beati protomartyris **Stephani**, in
Ambrosius Africa eſſe facta. Ad hæc **S. Ambrosius** in deſcriptione uite

Agnes & agonis pro **Chſo** ſanctiſſimæ uirginis & martyris **Agne**
Constantia tis, refert **Constantiã** filiã **Cõſtantini** Romanorũ imperatoris
 graui uulnere dolore toto in corpore afflicta, ueniſſe ad ſepul
 chrũ ſanctæ **Agnæ**, cuius ſamã ex aliorũ relatione audiue
 rat, & ibidẽ oratione facta (licet adhuc eſſet infidelis) placido
 ſopore correptã, uifitatione benigna beatæ **Agnæ**, ab om̃i
 plaga fuiſſe protiñ curatã. Quod quidẽ miraculũ (inquit) cũ
 percubiſſet, cõfluxerunt q̃ plurimi ægroti credẽtes in **Chri**
ſtũ, ad ſacræ **Agnæ** tumulũ, & illius meritis integrã obtinu
 erunt ſanitatẽ, a quacũq; detinebant infirmitate. Accedit itĩ

Augustinus dem prædictæ ſniæ beatus **Augustinus**, in libro de diſſini
 tionibus orthodoxæ fidei & eccleſiaſticis dogmatibus, capi
 te triceſimoſexto, dicens. Sanctorũ corpora & præcipue be
 atorũ martyꝝ reliquias, ac ſi **Chſi** mēbra, ſyncariſtime hono
 randa, & baſilicas eorũ nominibus appellatas, uelut loca ſan
 cta dtuino cultui m̃cipata, affectu piſſimo & deuotione fide
 liſſima adeundas credimus. Si quis cõtra hanc ſniã uenerit,
 nõ **Chriſtianus**, ſed **Eunomianus** & **Vigilãtianus** creditur
 Hæc **August.** In cõpluriũ itidẽ ſanctorũ corporũ inuẽtione,
 aut trãſlatione, multo poſt ſacrã ob dormitionẽ ipſorũ tpe ſa
 cta, dignatus eſt deus tranſactã illorũ ſanctitatẽ in ſignib̃ mi
 raculis teſtificari, & q̃ honorãda eſſent illa corpora, pateface
 re. Quis demũ referre queat, q̃t & quanta miracula operatus
 eſt olim deus ad ſacras quorũuis ſanctorũ reliquias, in iſs q̃ re
 ligioſa pietate eas uifitauerint ac honorauerint? **Op̃** eſt (in
 quã) admirãda illa ſigna dẽ, in p̃teritæ ſc̃itatis illoꝝ indicũ
 ac teſtimoniũ, ipſorũq; uiuẽtiũ ſolatiũ ac ſubſidiũ. Qui cũ corã
 cernũt ſacra oſſa ſc̃torũ & reliq̃as, inducunt in memoriã ex
 cellentis eorũ uirtutis ac recordationẽ, incitantq; ardentius ad
 ipſorũ ſanctorũ uenerationẽ, q̃nquidẽ ſacris oſſibus honor ex
 hibitus, in ipſos deinceps referũ ſanctos, quorũ ſacri ſunt cine
 res & reliquie. Demũ & excitant uiuentes per hm̃oi uenera
 tionẽ ſanctorũ corporũ, in ardorẽ & ſtudiũ imitationis eorũ,
 ut quorũ honorãt ſacros cineres, eorũdẽ ſtudiole cõſectetur
 acta,

De ueneratione Sanctorum.

acta & mores. ¶ Porro hanc sanctorum reliquiarum uenerationem, **II**
inter ceteros patres antiquos mirum in modum commendat **Dama-**
masscenus, quarti libri de fide orthodoxa, cap. 16. dicens. **Q**uo
autem per mentem corpora sanctorum inhabitauerit deus, dicit ap[osto]l[us]. **I. Corin. 6.**
Nescitis quia corpora uestra, spiritus sancti habitatis in uobis, tem-
plum est: dominus autem, spiritus est, & si quis templum dei corruperit, corrumpet
& illum deus. **Q**uo igitur non honoranda sunt animata templa
dei, & animata tabernacula. Fontes nobis salutare, dominator
Christus prebuit, sanctorum reliquias, multimoda beneficia sca-
turientes, unguentum suauitatis emanantes, & nullus discredat. **Exodi. 17.**
Si enim ex rupe & firmo saxo, aqua in eremo profiliuit uolente **Numeri. 20.**
deo, & ex maxilla asini, **Samsoni** sitienti, ex martyrum reliquijs **ludicum. 16.**
unguentum suauiter olens emanare, incredibile est: nullo pacto
profecto istis, qui sciunt dei uirtutem, & ab ipso sanctorum honorem
Et paulo post idem author ostendens, non dicenda esse corpora
sanctorum oino mortua, omnique uirtute uiuifica & miraculorum o-
peratione destituta, subnectit. **Eos qui in spe resurrectionis & Dama-**
fide que in Christo est dormierunt, non mortuos appellamus. **Mo-**
rtuum enim corpus, quomodo miracula operari potest? Quo igitur per eos,
demonibus abiguntur, infirmi curantur, caeci uident, laeprosum
datur, tentationes & tristitia soluntur? **H**ac ibi. Quae omnia, per
adiectum iam pridem predicto operi commentarium, latius ibidem explica-
uimus. ¶ At uero quoniam hac eadem de re **B. Hieronymus** eleganter **III**
& abunde disseruit, tum in suo contra **Vigilantium**, negante re- **Hieronymus.**
liquias sanctorum esse uenerandas, opere, tum in epistola ad **Riparium**, con-
tra eandem **Vigilantium** blasphemiam, illi operi subiuncta, non est cur **Vigilantium**
diutius huic immoremur negotio, & transeundum nobis ocyus
est ad alium (quod sanctorum honorem) modum, utpote per erectionem
in propatulo ac collocationem in templis, sacellis ac oratorijs, ima-
ginum ac statuarum, sanctos ipsos representantium. **Q**uorum conspectu,
obijciat animo nostro illorum memoria ac recordatio, & exinde in
citef mens torpida ad deuotionem attentior in eos, qui talibus si-
gnantur imaginibus, denique ut ex signis ipsis feramur ad eos ho-
norandos, qui huiusmodi signis representantur, necnon instimulemur
quibusdam calcaribus & aculeis ad imitationem uirtutis egregiae
ipsorum sanctorum, quorum imagines obijciuntur oculis nostris. **Sig-**
i dem

LIBER PRIMVS.

dem illustriū uiroz statuas magnā uim habere, ad excitādam
 in animis humanis flammā uirtutis & honesti, testatur aperte
Salustius (si modo indecorz non sit, prophana ad sacroz ap-
 probationē adducere, quod tamen uiri sancti & doctrina per
 celebres nō abhorruerūt) ita dicens in proœmio belli Jugur-
 thini. **S**æpe audiui ego **Q. Maximū, P. Scipionē**, præterea ci-
 uitatis nostræ præclaros uiros, solitos ita dicere, cū imagines
 maiorz intuerentur, uehementissime sibi animū ad uirtutē ac-
 cendi, scilicet nō cæream illā neq; figurā, tātam uim in sese ha-
 bere, sed memoria rerum gestaz, eam flammam egregijs uiris
 in pectore crescere, neq; prius sedari, q̄ uirtus, eorum tamam,
 atq; gloriā adæquatit. **H**æc ibi. **Q**z si statua ærea uel marmo-
 rea a generosis illis uiris inspecta, & inde nascēs rerum præ-
 clare gestarum recordatio, suscitare potuit ingentem uirtutis
 flammā in animis eoz, quidni idem facient in nobis sanctorū
 imagines ac figuræ, insignia uirtutū quibus emicuerē præfe-
 rentes? **N**ōne uehementiorē in nobis flammā accendēt, ad imi-
 tanda, nō adumbrataz fucō, & specie tenuis imaginē honesta-
 tis ostentācium (quales fuerunt ethnicorz) sed uerarum uirtu-
 tum exempla? **V**t cum ipsos per huiusmodi uirtutum, statuis
 aut picturis expressaz, callem, ad supernā ciuitatē peruenisse
 cognouerimus, eodē omnino tramite, ad eādē quoq; æternæ
 beatitudinis sedem (nā hæc domus, hæc patria est, requies ea
 certa laboz) peruenire satagamus. ¶ **H**æc dixerim, ut execra-
 bilē eoz damnem uesaniā, qui nostra tempestate annuntunt
 imagines sanctorz tēplis penitus eradere ac sustollere, cōten-
 dentes earum ritum ac usum, quendā præ se ferre cultū ido-
 lorum, iā olim a Christo & apostolis explosum. **V**erū aut nō
 intelligūt hi damnatores imaginū, aut intelligere nolūt, chri-
 stianos ipsos cum uenerātur sanctorz figuras aut picturas, ne-
 quaq; ipsis affigi inhærereq; imaginibus ex instituto ecclīasti-
 co, sed qd per eas signat, plertim honorare, & ex illis tanq; si-
 gnis, in illud qd per eas significat, mētē & honorationē cōuer-
 tere. **C**ollocant eim sanctorz imagines in tēplis, ut signa qdā
 uenerabilia, p q̄ feramur in sc̄tōs illis representatos, eosq; syn-
 III cærius honoremus. ¶ **S**ed audiāt illi q̄ sopitos suscitāt cōten-
 tionum

tionū ignes, & dānatas longo ante tpe sectas improbas (de quā
 rū numero, est hęc de tollēdis sanctorū imaginibus impietas) **Damaſcenus,**
 gaudēt ac studēt in lucē reuocare, audiāt inquā **Damaſcenū**
 ipm, in .4. lib de fide orthodoxa dicētē de sanctis. **Statuas il-**
lis erigamus & uisibiles imagines, & nos ipsi, animatae statue
& imagines ipsorū, uirtutū imitatōe efficiamur. Et paulo post
 idē author, cōtra exprobrātes etiā sua tēpestāte chřistianis ue
 nerationē imaginū sanctorū, ait. **Quia nō oēs, literas norūt, ne**
q; lectioni incumbūt, patres nostri cōsenserūt ueluti quādā
trophæa hęc in imaginibus representare, ad promptā memo-
riā. Siquidē ob negligētiā frequēter cogitatione nō tenentes
 passionē Chři, imaginē transfıxionis Chři uidētes, in saluato
 ris passionis memoriā redimus, & procidētes adoramus non
 imaginē, sed imagine representatum, ut neq; materiam, ex q̄
 scriptum est euangelium. Sic neq; crucis materiam adoram⁹,
 sed quod typo figurāq; exprimitur. Nā quid refert crux a ma
 teria, si nō habet Chři repręsentationem? Et reliqua, quę
 in hęc sentētiā toto illo cap. decimoſeptimo quarti sui libri
 pręclare prosequit. ¶ **Ceterę** essēt hoc loco complura, de **v**
 imaginum ueneratione differenda, nisi singulari eruditiōe p̄
 stans & insignis uir, **Iohānes Eccius,** superioribus diebus cō- **Iohannes**
 pendiarıā de nō tollēdis ab ecclesia sanctorū imaginibus deci **Eccius,**
 sionem ꝛ didisset, utilē plane & succulentā, ad cuius lectionē
 (nā oibus in promptu est, & ad manū) studiosum lectorem re
 mitto, q; in ea affatim inueniētur ac copiose, q̄ ad hęc de uene
 rādis imaginibus materiā attinēt. Itaq; nobis oibus summo
 pere curādū est, ut sanctos oēs æternę glorię participes dig
 no prosequamur honore, cōcinentes illis debita laudū ptꝛco
 nia, accensis luminaribus donarijsq; p̄ciosis ipsos adornātes,
 sacras demū ipsorū reliquias & imagines cōgrua ueneratione
 honorātes, q̄ tādē ipsorū patrociniō ac intercessiōe, p̄petuum
 regni cœlestis assequamur cum eis consortium. **Quod nobis**
annuat deus omnipotens, & benedictus in secula. Amen,

¶ **Primi libri de ueneratione san-**
ctorum, finis.